

.xlxi. OMELIA IN PASSIONE SANCTI IOHANNIS BAPTISTÆ .

UAlde honorandus est nobis fratres karissimi sanctus iohannes baptista . cuius hodie solemnitatem agimus . qui statim ut ualuit . héremum concupiuit in aetate puerili . et ibi solitariam uitam duxit . seruiens deo in ieuniis et orationibus die ac nocte . Et uolens deuitare impedimenta mundi . fere per triginta annos ibi demoratus est in desertis locis . usque ad diem ostensionis suę ad israhel . Qui propositum monachi primus mirabiliter exercuit . super quem spiritus domini descendit in deserto . anno quinto decimo imperii tiberii cesaris romae imperatoris . sub pontio pilato per totam iudeam regnante . et spiritu repletus . ueniebat in omnem regionem iordanis . praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum . euangelista testante . Uenit iohannes baptista predicans in deserto iudę dicens .

Poenitentiam agite . appropinquauit enim regnum cęlorum .

/118r/ [.iii.] Iste est iohannes qui fuit primus baptista in mundo . et precursor domini . et uox et angelus nuncupatus est . Oriens in tenebris ut lumen esset . rectis corde . et sicut aurora quę prae cedit solem . et sicut uox ante uerbum . Hic est enim qui predictus est per isaiam prophetam dicentem . Uox clamantis in deserto . parate uiam domini . rectas facite semitas eius . Hic est quem deus misit in mundum ante filium suum . sicut iohannes euangelista dicit . Fuit homo missus a deo . cui nomen erat iohannes . Hic uenit in testimonium . ut testimonium perhiberet de lumine . ut omnes crederent per illum . Non erat ille lux . sed ut testimonium perhiberet de lumine . Id est de christo . qui inluminat omnem

hominem uenientem in hunc mundum . [.iiii.] Iste est iohannes .  
quem deus olim angelum . et precursorem et uocem filii sui  
domini nostri prēnuntiauit dicens . Ecce mitto angelum  
meum ante faciem tuam . qui preparabit uiam tuam ante  
te . Ideo angelus dicitur propter eximiam sanctitatem et casti  
tatem . quam p[re]ae omnibus patriarchis et prophetis possi  
debat . Et ideo pro nimia sanctitate et castitate siue absti  
nentia quam ipse primitis inchoauit . secundum angelorum  
uiuebat exemplum . propter quod ad perpetuum exem  
plum patientiae et abstinentiae . dedit illum deus fideli  
bus suis . Quia in his omnes patriarchas et prophetas  
ipse precellit . Et ideo sciendum est quia his omnibus  
praedictis . Iste iohannes maior est . de quo saluator  
testimonium perhibuit dicens . Inter natos mulierum  
non surrexit maior . iohanne baptista . Omnes enim  
patriarchę et omnes prophetę preuidebant per spiritum . in nouis-  
/118v/ simis temporibus christum dei filium ac redemptorem humani gene  
ris uenturum esse in carne . Iohannes autem baptista cor  
poralem domini praesentiam populo demonstrauit dicens .  
Ecce agnus dei . ecce qui tollit peccata mundi . Hic est de quo  
dixi . Post me uenit uir qui ante me factus est . quia  
prior me erat . et ego nesciebam sed pater mihi dixit .  
super quem uideris spiritum descendenter de caelo et manentem  
super eum . Hic est filius meus qui baptizat in spiritu sancto . Et ego  
ui et testimonium perhibui . quia hic est filius dei . Maior  
igitur erat iohannes . quia primus abstineas fuit . et ab  
stinentiam primitus inchoauit ; Sicut euangelista  
refert . Iohannes quidem habebat uestimentum de  
pilis camelorum ; et zonam pelliciam circa lumbos  
suos . ad prestringendam carnis concupiscentiam . Esca autem  
illius erat locusta et mel siluestre . Locustę autem genus

minimum uolatilium sunt . quę facile in herbis capiuntur . Cocteque per oleum . pauperem praebent uictum . Mel uero siluestre . de quarundam arborum foliis fit . quarum folia lata et rotunda sunt . Lactei coloris et saporis mel -lei . Quorum natura fragilis est ualde . et qui ea in escam sumere cupiunt . primum manibus confricant . dein de comedunt . De his enim sanctus iohannes baptista uesci solebat in deserto . totius mundi contempnens delicias . Qui in nouo testamento p̄ae omnibus sanctis . signa castitatis et abstinentię . quibus dominus noster iesus christus delectatur . prior ostendit . Et ipse adulterium damnauit primum fiducialiter enim dicebat herodi . insidias eius contempnens . propter ueritatem dei dicens ad eum . /119r/ Non licet tibi herodes habere herodiadē in adulterium . uxorem fratri tui philippi . quam eo uiuente adincestum coniugium . et inlicitas nuptias per uim suscepisti . Iustissimus enim erat iohannes . et ideo tam in mane nefas non sustinens . dicebat herodi . Non licet tibi habere eam . Metuebat ergo herodes iohannem . sciens eum uirum iustum et sanctum . et audiens eum multas uirtutes et signa et mirabilia facere . Cęcos inluminare . et demones effugare . et peccata hominibus reuelare . Nemo enim poterat ante illum suam cogitationem caelare . quia sicut pulueres . per uitrum uidentur . Ita maculas peccatorum per corpora uidebat super animas hominum . Pro hoc igitur scelere et aliis causis quas enarrare longum est . commotatus est . herodes . et misit manus et tenuit iohannem . et alligauit eum in carcere . quia metuebat eum propter herodiadē . quam tulerat fratri suo philippo . propria ac legitima uxore sua depulsa . Volens autem illum occidere . timebat populum . quia sicut prophetam eum habebant . Tum postea faciebat herodes diem nata

lis sui . quem antiqui colere solebant . et saltauit coram sé  
et simul recumbentibus filia herodiadis . Volens accipere pe  
titionem quam uoluisset a rege . et placuit herodi . et polli  
citus est cum iuramento ei dare quod cumque postulasset ab eo .  
etiam dimidium regni sui . At illa praemonita a matre .  
postulauit dicens . Domine mirex . da mihi indisco . caput  
iohannis baptistę . Et contristatus est rex per dolositatem  
propter iuramentum et simul recumbentes . iussit tamen  
dari . et mittens spiculatorem . precepit amputare caput  
iohannis baptistę in carcere . Sanctus autem iohannes stabat  
/119v/ in medio carceris . clamans uoce magna et dicens . Domine deus  
meus rex omnipotens . in te commendo spiritum meum per iesum christum sal  
uatorem mundi . Et statim decollatum est . capud eius  
in carcere et ad latum est in disco . et datum est puellę .  
et tulit matri sua . His autem auditis discipuli eius flentes  
uenerunt et acceperunt corpus eius . et tollentes uene  
ranter posuerunt illud immonumento<sup>1</sup> . Honorifice eum  
cum ymnis sepelientes . Hoc autem scire debemus fratres  
karissimi . quia frequenter orat sanctus iohannes pro his . qui solem  
nitate eius nitide . ac splendide celebrare disposuit .  
ut in futuro seculo mereantur cum sanctis habitare in regnis  
caelestibus . Ubi est lux lucis et fons luminis . Vbi est gau  
dium sempiternum . ubi claritas angelorum et claritas sanctorum .  
Ubi est honor perfectus et letitia sine fine . Ubi est bea  
titudo eaeterna . et caelestis gloria . permanens in saecula  
seculorum amen .

---

<sup>1</sup> immonumento] corr. to immonumentvm